

fuit, eorum quoque recens memoria quàm diutissimè solet conservari: cujus respectu dijudicari postea solent omnium illorum facta atque dicta, quos scimus ab illis excellentibus viris esse prognatos. Id ipsum quoque evenit omnibus in universum rebus magnis, illustrium præsertim virorum dictis factisque; imprimis vero iis quæ a summis ingeniis inventa & excogitata fuerunt; quæ nequeunt ullâ ratione in occulto contineri, sed palam proposita sunt universo orbi, ceu scopus quidam, in quem multi tela sua jacturi collimant. Quamobrem nemini mirum videri debet si de Nicolao Machiavello tam variæ & multiplices spargantur sententiæ, & de eodem tam variæ sint hominum sententiæ; usque ad eo ut postea, hominum Memoriâ, nullum extitisse tantum existimo, cum quo Machiavellus suo quodam modo conferri requiverit. Historiarum omnium tantam cognitionem habuit, ut ceu rebus omnibus gerendis inter fuisset, causas, consilia, progressus eventusque omnium in animo promptos haberet: quæ res illi unâ cum acutissimo ingenio conjuncta, ad Reipublicæ administrationem, universumque vitæ politicæ usum tantum momenti attulit, quantum ratio cum experienciâ conjuncta, unquam alicui in aliquâ arte aut exercitatione prodesse potuerit. In consiliis capiendis ac rerum suspiciendarum deliberatione, solus videtur Historiæ usum intellexisse: tanta scilicet fuit ejus solertia & industria in conferendo domestica exempla cum peregrinis, præsentia cum futuris & præteritis, similia cum similibus; ut ex præteritis, rerum futurarum eventus prævidere sæpe potuerit. Quid multis opus est? Unum sufficit nobis argumentum, ejus *Disputationes* nempe, quas *Discursus* appellavit, de rebus in Titi Livii primâ Decade Scriptis. In quibus antiquissimam illam veterum Romanorum virtutem, tanquam in compendio comprehensam expressit, ad imitandam proposuit, & ob quas causas nostrâ ætate hujus modi præclare facinora nulla paterentur, tam evidenter demonstravit, ut totius Historiæ succum in iis comprehendisse videatur. Adeo scilicet, ut ex earum lectione industrius Lector qui vir bonus esse velit, ad vitæ politicæ usum, plus utilitatis, cognitionis, ac experienciæ, brevi temporis spatio sibi comparare possit, quam si multos annos in evolvendis libris *de Republicâ* ab aliis quibuscunque authoribus scriptis, sese maceraverit.—Quæcum ita sint, tantumque fuit Machiavelli ingenium atque *virtus* [a]; quid mirum si aliqui ejus errores deterioraque consilia a toto propemodum mundo reprehendantur, omnesque clamitent, si quid callidiori consilio aut perfidiâ in orbe Christiano

old one was defective. See *Journal des Sçavans*. for March 15, 1700, p. 211, edit. Holland. But as the Editor of this English translation of Machiavel's works has not had the good fortune ever to meet with that work (though he has taken much pains to get a sight of it) he cannot pretend to give any account of it.

[a] It is supposed that the Printer by the word *virtus*, here means the *acumen ingenii*, or, *great intellectual faculties* of his author.